



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

215 In conditione indebiti, incertitudo exceptionis, an sit te[m]poraria an
perpetua, facit vt habeatur pro perpetua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

non est sed ad incertissimum tempus tantum concessus quasi precario? Nec enim sufficit, ex indulgentia Pontificis posse quid esse vel fieri perpetuum, sed requiritur ut re ipsa per Pontificis gratiam sit iam factum concessumque perpetuum (id est ad vitam usque durans) quidquid proprii seu beneficii seu officii nomine censetur, ut vel ex hoc unico cap. nostri verbulo sua liquidò constat. Nec est vlllo modo simile quod Senensis adfert ex l. sufficit § 6. de condict. indeb. vbi dum incertum est an temporaria sit futura exceptio an verò perpetua, solum repeti potest; ut exempli causa, si debitor pactus fuerit ne à se peteretur donec Titius fieret Consul, atque nihilominus per errorem soluerit non expectato Titij Consulatu; reperet: quia fieri potest ut nunquam Titius fiat Consul sed antea moriatur. itaque fieri posse & iam factum esse habetur eo loco pro iisdem in fauorem condicentis indebitum. quod secus & in obligationibus & in exceptionibus in diem; quia solutum ante diem repeti non potest eo quòd certissimum sit hunc diem quandoque venturum. d. l. sufficit. & l. sub conditone. cum l. nam si cum moriar. de condict. indebiti. Sic fieri quoque potest ut Prioratus huiusmodi nunquam auferatur neque prior ille domum reuocetur, siue per vltroneam Abbatis voluntatē siue per Pontificis confirmationem indubitata; igitur habendus est Prioratus omnis obediēcialis, ex ista superiore Senensis opinione, pro perpetuo poteritque consequenter

214

Fieri quid posse, & factum esse, paria minime sunt.

215

In condictione indebiti, incertitudo exceptionis, an sit temporaria an perpetua facit ut habeatur pro perpetua.

216

Nō idem esse in prioratibus, & quare.

h iij quenter